

0 519

Nome per festeggiamenti in occasione
8. Beatif. di D. Bosco

178

ORATORIO S. FRANCESCO DI SALES
TORINO



Torino, 28 maggio 1929.

Carissimi Confratelli,

So che tutti preparate grandiosi festeggiamenti nelle vostre rispettive case in onore del Beato nostro Padre, e che con ansia aspettate da me direttive ed istruzioni al proposito. Mi affretto perciò a comunicarvi quanto in questi giorni ci è giunto da Roma riguardo al Triduo ed alla Messa in onore del Beato Don Bosco.

Per maggior esattezza vi trasmetto copia degli atti stessi a noi pervenuti limitandomi a far rilevare che il Triduo in onore del Beato Don Bosco è concesso a tutte le Case Salesiane ed a quelle delle Figlie di Maria Ausiliatrice, e che qualora le nostre chiese o cappelle per la ristrettezza non fossero adatte, si può, col consenso dell'Ordinario del luogo, celebrarlo in altra chiesa pubblica. Il Triduo si può celebrare in qualunque tempo durante i 12 mesi dalla solenne Beatificazione avvenuta in S. Pietro. Benchè il Triduo venga celebrato più tardi, sarà bene che quanto prima in ogni casa si canti un solenne Te Deum in ringraziamento a Dio del grande beneficio concesso alla nostra Società ed alla Chiesa colla beatificazione di Don Bosco.

Mentre lodevolmente facciamo quanto è in nostro potere per festeggiare in modo degno del nostro affetto il nostro Beato Padre sia cura particolare di noi tutti far rivivere Don Bosco nella nostra vita e nelle nostre opere ricordandoci che in tutto e soprattutto dobbiamo cercare la salvezza delle anime secondo il motto del nostro Padre: Da mihi animas, caetera tolle.

Come il 2 Giugno vi terrò tutti presenti nelle mie preghiere, ricordatevi anche voi del

vostro aff.mo in Corde Jesu
Sac. FILIPPO RINALDI.

T A U R I N E N .
BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS
SERVI DEI
JOANNIS BOSCO

Sacerdotis Fundatoris Piae Societatis Salesianae
Et Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis.

Quum auspicata dies immineat sollemnis Beatificationis Venerabilis Servi Dei Joannis Bosco sacerdotis fundatoris Piae Societatis Salesianae et Instituti Filiarum B. Mariae Virginis Auxiliatricis, siquidem jam evulgatum sit decretum Sacrae Rituum Congregationis super Tuto procedendi ad eandem Beatificationem, Rev.mus Dominus Franciscus Tomasetti ipsius Piae Societatis Salesianae Procurator generalis et huius Causae Postulator Sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam XI supplicibus votis deprecatus est, ut privilegia et indulgentias quae pro triduanis festivitibus elargiri solent in honorem novensilium Beatorum intra annum peragendis, impertire dignaretur etiam pro Venerabili Servo Dei Ioanne Bosco postquam eidem veneratio rite indulta fuerit. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter ab Ipso Sanctissimo Domino Nostro tributarum, benigne annuit pro gratia iuxta petita cum facultate celebrandi triduanas festivitates in honorem Venerabilis Joannis Bosco non solum in Ecclesiis seu Oratoriis praecipuis utriusque Instituti sed etiam, ubi Ecclesia aut Oratoria minus ampla sint pro adstantium concursu, in Ecclesiis publicis praesertim parochialibus de consensu respectivi Ordinarii loci, servata tamen Instructione Sacrae Rituum Congregationis huic Rescripto adiecta. Valituro praesenti Indulto pro triduanis festivitibus intra annum a die sollemnis Beatificationis in Basilica Vaticana peractae computandum. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 22 Maii 1929.

C. Card. Laurenti
S. R. C. Praefectus.

Angelus Mariani, S. R. C. Secretarius.

INSTRUCTIO

SACRORUM RITUUM CONGREGATIONIS

SUPER PRIVILEGIIS

quae in triduo vel octiduo solemniter celebrando intra annum a Beatificatione vel Canonizatione per Rescriptum Sacrae ipsius Congregationis a Summo Pontifice concedi solent.

I. In solemnibus, sive triduanis sive octiduanis, quae in honorem alicuius Sancti vel Beati celebrari permittuntur, Missae omnes ob peculiarem celebritatem dicantur cum *Gloria* et *Credo*, et cum Evangelio S. Joannis in fine, nisi legendum sit aliud Evangelium iuxta rubricas.

II. Missa sollemnis seu cantata, ubi altera Missa de Officio currenti celebretur, dicatur cum unica Oratione; secus fiant tantummodo commemorationes de duplici secundae classis et omnes aliae quae in duplicibus primae classis permittuntur. Missae vero lectae dicantur cum omnibus commemorationibus occurrentibus, sed orationibus de tempore et collectis exclusis. Quoad Praefationem serventur Rubricae Missalis ac Decreta.

III. Missam cantatam impediunt tantum Duplicia primae classis, eiusdemque classis Dominicae, nec non Feriae, Vigiliae et Octavae privilegiatae, quae praefata Duplicia excludant. Missas vero lectas impediunt etiam Duplicia secundae classis, et eiusdem classis Dominicae, nec non Feriae, Vigiliae atque Octavae quae eiusmodi Duplicia primae et secundae classis item excludant. In his autem casibus impediunt, Missae dicendae sunt de occurrente Festo, vel Dominica, aliisque diebus ut supra privilegiatis, prouti ritus diei postulat, cum commemoratione de Sancto vel Beato et quidem sub unica conclusione cum prima Oratione. Haec tamen commemoratio omittatur, si occurrat Duplex primae classis Domini primarium universalis Ecclesiae, praeterquam Feriae II et III Paschatis et Pentecostes, in quibus ea permittitur.

IV. In Ecclesiis, ubi adest onus celebrandi Missam quamlibet Conventualem, eiusmodi Missa nunquam omittenda erit.

V. Si Pontificalia Missarum de Sancto vel Beato ad thronum fiant, haud Tertia canenda erit, Episcopo paramenta sumentes, sed Hora Nona: quae tamen Hora de ipso Sancto vel Beato semper erit, eaque, ad implendam divini Officii obligationem, substitui non poterit Horae Nonae de die currenti.

VI. Quamvis Missae omnes, vel privatae tantum, impediri possint, semper nihilominus secundas Vesperas de Sancto vel Beato solemniores facere licebit absque ulla commemoratione, quae Vesperae tamen de novo Sancto vel Beato pro satisfactione inservire non poterunt.

VII. Aliae functiones ecclesiasticae, praeter recensitas de Ordinarium consensu, semper habere locum poterunt, uti Homilia inter Missarum solemnias, vel vespere Oratio panegyrica, analogae in honorem Sancti vel Beati fundendae preces, et maxime solemnium cum Venerabili Benedictio. Postremo vero tridui vel octidui die Hymnus *Te Deum* cum versiculis *Benedicamus Patrem....*, *Benedictus es....*, *Domine exaudis....*, *Dominus vobiscum....*, et oratione *Deus, cuius misericordiae...* cum sua conclusione nunquam omittetur ante *Tantum ergo...* et orationem de SS^{mo} Sacramento.

VII. Ad venerationem autem et pietatem in novensiles Sanctos vel Beatos impensius fovendam, Sanctitas Sua, thesauros Ecclesiae aperiens, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus qui, vere poenitentes, confessi ac Sacra Synaxi refecti, ecclesias vel oratoria publica, in quibus praedicta triduana vel octiduana solemnias peragentur, visitaverint, ibique iuxta mentem eiusdem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces fuderint, indulgentiam plenarium in forma Ecclesiae consueta, semel lucrandam, applicabilem quoque animabus igne piaculari detentis benigne concedit: iis vero qui, corde saltem contrito, durante tempore enunciato, ipsas ecclesias vel oratoria publica inviserint, atque in eis uti supra oraverint, indulgentiam partialem centum dierum semel unoquoque die acquirendam, applicabilem pari modo animabus in purgatorio existentibus, indulget.

La Messa del Beato Giovanni Bosco è la prima del *Commune Confessoris non Pontificis: Os justis*, con le seguenti orazioni che qui vi trascrivo perchè non sono ancora stampati i fogli per messale.

Orationes propriae dicendae in Missa "OS JUSTI".

ORATIO

Deus, qui per Beatum Joannem, puerorum pater et magistrum, singulari Virginis auxilio, novas in Ecclesia tua familias congregasti; concede, quaesumus, ut ipsius caritate succensi, animas quaerere tibi que soli servire valeamus. Per Dominum.

SECRETA

Suscipe, Domine, oblationem mundam salutaris hostiae, et praesta: ut te in omnibus et super omnia diligentes, in gloriae tuae laudem vivere mereamus. Per Dominum.

POSTCOMMUNIO

Corporis et Sanguinis tui, Domine, mysterio satiati, concede, quaesumus: ut intercedente Beato Joanne confessore tuo, in gratiarum semper actione maneamus: Qui vivis.